



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De judiciis & judicialibus. Hoc est de Sententia & re judicata,
Executione, Attentatis, Judice, Notario, Advocatis, Procuratoribus,
Expensis, & aliis ad materiam judiciorum. Pars II. Relatio Romanæ Curiæ
forensis, ejusque Tribunalium, & Congregationum

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. I. De judiciorum divisione, variisque generibus, vel respectivè
speciebus, & in quibus Judicium consistat; Et de quo Judiciorum genere
agatur in præsenti; Cum aliis proemialibus ad materiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74090)

DE JUDICIIS

DISCURSUS PRIMUS

GENERALIS

De Iudiciorum divisione, variisque generibus, vel respectivè speciebus,
& in quibus Iudicium consistat; Et de quo Iudiciorum genere
agatur in præsenti; Cum aliis proemialibus ad
materia in.

S V M M A R I V M.

- 1 Ad quid judicia inuenta sunt.
- 2 Aliud est judicium civile, & aliud criminale.
- 3 Quæ proprie dicantur judicia publica & quæ privata.
- 4 Adeſſe ſolent judges civiles, criminales diſtincti, ut unius in alio cauſarum genere ſe non ingeſat.
- 5 De diſtinctione cauſarum civilium, & ecclesiasticarum, ſeu canonicarum, ſed quod omnes veniant ſub nomine ciwilium ad differentiam criminalium.
- 6 De qua iudiciorum ſpecie hic agatur nempe ciwilium & de ratione cur de criminalibus non agatur, niſi incidenter.
- 7 De quibus Auctoſ agat in toto opeſ Theatris.
- 8 Quare mutetur ordo ſolitus in hoc volumine.
- 9 De ratione ob quam in aliis voluminibus agatur de caſib⁹ particularibus.
- 10 De generalibus diſtinctionibus, vel prenotatiōnibus remiſſive.
- 11 Quale ſit iudicium ordinarium.
- 12 In hoc iudicio ſententia ſine libello, & abſque termi- ni ſubſtantialibus eft nulla.
- 13 Termiſ ſubſtantiales ſervati in iudicio ſummario, illud faciunt ordinarium.
- 14 In iudicio ordinario intrat appellatio ſuſpensiva.
- 15 Qualis ſit cauſa ſummaria.
- 16 Aliud eft cauſam eſſe ſummariam, & aliud eſſe executiua.
- 17 Aliud eft iudicium personale, & aliud reale, & qua- le ſit personale, vel reale.
- 18 Aliud eft petitorium, & aliud poſſeſſorium, & quale ſit unum, vel alterum.
- 19 De poſſeſſorio adipiſcende, ſeu immiſſionibus, in qui- bus caſib⁹ intret, pluraq; remedia adipiſcende reſcenſentur.
- 20 De altero reintegrande, ſeu recuperande.
- 21 De poſſeſſorio retinenda, ſeu manuentionis, & quando ſit ſummarium, & executiuum.
- 22 De diſtinctione inter cauſas temporales & ſpiritu- ales.
- 23 Quæ ſint cauſa ſpirituales diſtinguitur.
- 24 De diſtinctione inter iudicium ordinarium, & dele- gatum.
- 25 De cauſis extra figuram iudicii.
- 26 De aliis diſtinctionibus remiſſive.
- 27 Ex quibus iudicium conſeti nempe de auctore, reo, & judge.
- 28 De Princepi, vel Fisco in cauſa propria.

D I S C . I.

- 1 Iudicia omnia, aut dirimendarum controver- ſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa comparata eſſe, admonet Cicero in oratione Card. de Luca de iudiciis & judicialibus

pro Cecinna, quæ communiter laudant Institutionū interprætes (quorum unum dixisse ſufficiat) ad hoc ut omnes repeatant *inſtitut. de publ. iudic. §. 1.* Ideo-

que generica iudiciorum diſtinctione quam Imperator Justinianus docet in institutionum titulo de publicis iudicis, ac bene antiquioribus relatis reaſumit modernorum praetoriorum magister concivis meus Rob. Maranta in ſee, ſeu praxi p. 4. n. 1. & ſeqq. Quod ſeīl. alia ſunt iudicia publica, & alia privata; publicorū autē nomine veniunt ea qua in cauſis vel actionibus criminalibus conſiſtunt; Privata verò ea ſunt qua in ciwilibus, id eoque, Aliud eft iudicium ciwile, & Aliud eft criminale.

Quamvis etenim de ſtricta censura, etiam in criminalibus, ea tantum propriè dicantur publica iudicia, que illa concernant crima, quorum acuſatio publica, & popularis dicatur, ſive (ut Criminaliſtæ dicunt) ea in quibus ex officio, vel per inquisitionem procedi potefſt, non autem ea, in quibus non niſi ad partis offenſæ accusationem, vel querelam, quaſi quod iſta privatorum potiū jure cenſenda ſint, unde propterea apud Doctores da- tur species mixta, que de utraque particepit; Ideo- que, ut patet ex dicto práctico, triplex adhibeatur generica diſtinctione, quod ſcilicet Aliud eft iudicium merē criminale, Aliud merē ciwile; Et aliud mixtum; Nihilominus pro frequentiori loquendi uſu ad prefata duo genera diſtinctorio reſtrigivi- detur; Mixtorum queſtione cadente, ſuper competen- tia fori, ſeu jurisdictione, quando cauſa prebeat, ut iurisdictiones diſtinctorie ſint, quia nempe alii ſint iudices ciwiles, & alii criminalis, ab eodem Prince- pe, vel Domino deputati; Sive quod eiusdem loci ſint duo Domini, vel Barones, quorum unus habeat jurisdictionem ciwilem, & alter criminalē, ut unus in alero cauſarum genere ſe non ingeſat, vel quod inter eos intet queſtio in caſib⁹ mixtis, ut alibi advertitur, *infra hoc tit. diſc. 3. & tit. de iurisdi- cte. 77. & 79.* Rovit. ſuper prag. 2. de iurisdi- cte invicem non turban.

Ubi etenim cum ſtricta censura, ſeu cum verbo- rum rigorofa ſignificatione procedendum eſſet, ne- que ſufficiens remaneret dicta diſtinctorio cauſarum ciwilium, & criminalium, ut ſupra, cum ad hanc etiam altera ſpecies cauſarum ſpiritualium, ſeu ecclesiasti- carum, que diſſerre videntur à ciwilibus concerne- tibus materias temporales, juxta utriusque Iuris Civilis, & Canonici diſtinctionem; Adhuc tamen pro communi uſu loquendi genericum vocabulum iudiciorum, ſeu cauſarum ciwilium, congruit omnibus illis cauſis, & iudicis, que à criminalibus non pendeant, ſed ab humanis diſpositionibus inter vi- vos, vel per ultimam voluntatem, pro humano commercio, ita diſcretis à criminalibus.

A

De

DE IUDICIIS

De isto autem civilium causarum genere, quod
tām prophanas, quām ecclesiasticas vel spirituales
quoque complectatur, criminalibus exceptis) in
præsenti agitur; De altero etenim criminalium; ge-

nere non tractatur, quoniam licet ante accessum ad
Curiam, diversas Judicis gerendo partes, aliquas
criminales materias quoque peragere occasio dederit; In Curia tamen, frequentiori occupatorum Ad-
vocatorum stylo, fortius autem genio prohibenti-
bus, ab eis abstinui, alias tantum agendo, quæ ad
effectus civiles, puta confiscationis bonorum *irr. de
Regal. disc. 11. & segg. 123. & 160. & in supplemento.*
Vel competentie fori cause civilis tenderent de ju-
risd. disc. 79. Cumque meum fuerit, ac sit institutum,
ca tantum posteritati insinuare, quæ practicè mili
peragere in foro occasio dederit, non autem forma-
les, ac absolutas materia rum tractationes aslumere
ut quatuordecim jam edita volumina docente, undē
propterea, Partium, ac Judicium nomina, ut idealis-
tatis suspicio tolleretur, exprimere, opere pretium
fuit; Hinc de iis tantum agitur, quæ disputare occu-
sio dedit cum uni omnia peragere non concedatur;

Mutatur autem in hac judiciorum sede, praefat-
tus jam tenus ordo de casibus individualibus agen-
di, ita subjæcta cogente materia; Singularum enim
questionum nimium frequentes, penè quotidi-
anæ disputationes, facultatem quidem præberent,
multa, totidemque penè volumina edendi, quæ jam
edita sunt, quando, in sequendo parum apud me
commendabilem Consulentium stylum, omnia re-
sponsa, quæ ad veritatem, vel ad causarum oportu-
nitatem desuper edita sunt, ut jacent, luci traderen-
tur; Earumdem etenim propositionum repetitio,
quoties absque fine vel mysterio fiat, naufragium ni-
miumque fastidium parit, cum frequentius juris
propositiones in idem tendant; Particulares autem
adeo frequentes disputationes, facti, seu applicatio-
nes potius, in hac judiciali materia esse videntur.

Hinc proinde, per discursus generales, plurium,
ac plurium particularium casuum complexivos, in
hoc libro procedere, congruentius vîsum est. In aliis
etenim materiis, in quibus de causarum justitia, vel
meritis agitur, non superfluum, sed opportunum,
immò necessarium est plures causi in idem tenen-
tes peragere, ut ita edocantur, causarum decisio-
nem, non à regulis, & theoricis generalibus, sed à
singulorum & à casuum circumstantiis pendere,
ideoque totam vim in applicatione consistere, cum
superius in duabus casibus, qui penè identifici vi-
dentur, diversimodè judicare oporteat.

Neglectis, itaque illis generalibus præcognitio-
nibus, quæ scholis nimium adaptatae, & foro autem
parum congruae videntur; Super hujus scilicet vo-
cabuli ethymologia, & definitione, diversisque sig-
nificationibus, quarum novem observat idem pra-
cticorum magister, & concivis illisque distinctioni-
bus quæ antiquis cognitæ erant, moderno autem
tempore presertim in Romana Curia ab aula exu-
lae videntur, illasque solum reassumendo distin-
ctiones, quas hodierna praxis docet.

Ultra superioris insinuatam distinctionem gene-
ralem, judiciorum civilium, & criminalium, atque
ad civilium plures diversasque species descendendo; Ea in primis distinctione est, quod Aliud est ju-
dicium ordinarium; Et aliud est summarium; Ordinari-
num etenim est illud, quod ubi particulares le-
ges, vel stylus aliud non suadeant,) exigit solemnita-
tem libelli, & litis contestationis, ac etiam publica-
tionis, & conclusionis, aliasque solemnitates ab u-
troque civili, & canonico jure prescriptas, quæ in

Curia explicantur cum obligatione servandi termi-
nos substanciales; In aliis autem Ditionibus pro ca-
rum diversis stylis, ac legibus; Ideoque per senten-
tiā diffinitivam non autem per decretum causa
terminanda est.

Istaque solemnitas, vel tela judiciaria adeo con-
naturalis est judicis ordinarii, ut non solum in iis
que talia sunt, necessaria sit, adeo ut alias sententia
sine libello, vel alia petitione, qua locolibelli succe-
dat, (ut in aliquibus Curia Tribunalibus est moni-
torium Jac sine aliis solemnitatibus, quæ ut supra
sub nomine servatio terminorum substancialium
in curia explicantur, nulla, & invalida sit.

Sed etiam quandò adhibeantur, operantur ut
illud judicium, quod aliàs de sui natura summa-
rium sit, & exequitivum, ita reddatur ordinarium,
sibique impunet Actor qui cum possit tenere viam
summariam, & exequitivam, istam ordinariam ad-
hibeat, ut infra in linguis judicis, vel remedii,
corumque particularibus rubricis advertitur. Licet
aliqua adhuc judicia summaria, & executiva, in quibus
ista terminorum servatio quoque intrat, ut in
corum, sede magis distincte advertitur, in finis discursu
in quo agitur de servatione terminorum substancialium.

Ac etiam hoc judicio ordinario, connaturalis
est appellatio, adeo ut illud terminari non dicatur
nisi per rem judicatam, quæ resulteret à neglecta ap-
pellatione infra tempus prefigitum; Vel ab eiusdem
jam interpolata desertione, ob lapsum fatalium; Si-
ve per tres sententias conformes; Et nihilominus,
etiam in his casibus, adhuc aliud suppetit remedium
restitutionis in integrum.

Sumarium vero est illud quod dictis solemniti-
bus non subjacet, sed nullas vel alias respecti-
ve exigit pro diversis stylis, ut pariter infra judicio-
rum, vel actionum in singulis Rubricis advertitur,
istudque subdistinguitur in duas species, quorum
unum dicitur executivum excludens appellationem
suspensivam; illamq; devolutivam tantum admittens,
Aliud vero est appellabile ad utrumque effectum;
Stant etenim bene simul, quod causa dicatur sum-
maria, ad effectum, ut non subjaceat illi rigorosæ
formæ, vel tela judiciaria, cui subjacet causa ordi-
naria, & tamen quod non sit exequitativa, sed applicabili-
bis; Ut inter plura exempla habemus in materia
locationis, tam favore locatoris pro solutione pen-
sionis, ac restitutione rei locatae, illa finita, quam
favore conductoris pro consignatione rei condu-
cta, ac præstatione patientia, quod si causa dicitur
summaria, & tamen in puncto juris communis,
quando lex particularis, vel consuetudo contrarium
non disponat, (ut in domibus habitationis consue-
tudo penè universalis disponere videtur,) ex veteri-
ori sententia non sit exequitativa, sed appellabilis,
cū similibus, & locat. & conduct. disc. 34. & inf. in co-
discursu in quo de judicio pro pensionibus domorum agitur

Alia est generalis distinctione, inter actionem, seu
seu judicium personale, & reale; Personale enim est
illud, quod in vim obligationis resultans ex con-
tractu vel quasi, vel ex delicto, vel quasi indistinctè
afficit personam debitoris, seu alias aliquid præstare
debentis, absque restrictione ad certam rem reale
autem dicitur illud, quod certam rem prosequi-
tur, atque etiam absque obligatione personali,
exercibile est contra tertium, qui rem prosequen-
dam possideat, vel detineat.

Istudque ultimum judicium reale, in alias duas
subdistinguitur species, quoniam; Aliud dicitur
petitorii, quod idem est ac ordinariū, quale (exépli
gratia) est illud rei vindicationis, seu alicuius rei,
vel

DISCURSUS I.

3

vel juris, omnimodæ ac plenæ adjudicationis jure
dominiæ seu pertinentiæ; Aliud verò est possessorum,
quod generaliter de sui natura est summarium,
atque concernit solam possessionem, reservando
alteri iudicio ordinario cognitionem totalis perti-
nentiæ, vel dominii.

Possessorum autem subdivingitur in tres alias
species; Quorum unum dicitur adipiscendæ; Alterum
recuperandæ; Et alterum retinendæ possesso-
nis; Primum verò quod generaliter in Curia sub
nomine immisionis explicari solet, sub se plures
continer species subalternas, seu remedia cum qui-
bus controverfa rei, vel juris possesso adipiscatur;
Primo nempè est remedium *I. fin. Cod. de Edict. diu.*
Adr. tollen. quod conceditur directo, & immediato,
ac etiam mediato, & fidicommissario hæredi ex
testamento; Sive ad instar, conceditur etiam feuda-
tario, vel emphyteutæ in vim investitura, quæ specie-
m est testamentorum ad hunc effectum redolere vi-
detur; Secundo interdictum quorum bonorum,
quod conceditur legitime hæredi ab intestato; Ter-
tio interdictum quorum legatorum, quod legatario
vel fideice missario certe rei, ad ipsam obtainen-
dam competit; Quartò salviiani; Quintò illud quod
hypothecaria dicitur; Sexto alterum associationis
fave creditoris ad bona sibi affecta. Et septimò
illud quod pro exequitione literarum datur in be-
neficiisibus.

Alterum est interdictum reintegranda seu re-
cuperandæ possessionis, qua possessor fuerit spolia-
tus; illudque antiquitus in curia frequens erat, ho-
diu verò raro ob appellationem, quam admittit, ut
in eius rubrica.

Et alterum est interdictum retinendæ, quod in
Curia frequentius ac vulgo sub vocabulo manu-
tentionis explicatur in punto juris, pariter subdivi-
ngitur in duas species, quod scilicet Aliud est
summarium, quod etiam summarissimum dici so-
let, Hispani autem vocant *interim*; Et aliud est ple-
narium; Verum in Curia ista distinctione ab aula re-
cessisse videtur, cum indefinitè hoc manutentionis
remedium summarium reputetur, eo casu excepto
in quo per sententiam diffinitivam in forma judi-
cij ordinarii procedatur, quod nimium rarum est,
cum tunc processus exequitiyi beneficium, aliaque
remedia amittat, ut pariter in ejus particulari ru-
brica adverterit.

Alia item est generica iudiciorum, seu causarum
distinctione, quod Aliae sunt cause laicales, seu tem-
porales, que in Curia prophanae dicuntur, utpote
bona, vel jura merè temporalia concernentes; Aliae
verò sunt causa ecclesiastica, vel spirituales, (que
vocabula synonyma sunt) concernentes bona, vel
jura spiritualia seu ecclesiastica, ut ex gratia sunt,
matrimonia, decimæ, beneficia, pensiones, jurisdictiones,
& præminentia spirituales, cum similibus.

Istaque secunda species causarum ecclesiastica-
rum in Curia ex quoddam eius stylo ad certum par-
ticularem effectum, remissoria vel compulsoriorum,
diversa sortitur vocabula, quoniam quando de his
agitur, sub causarum spiritualium nomine non ve-
niunt nisi beneficiales, reliqua autem omnes dicun-
tur prophanae, quamvis essent matrimoniales, vel
decimales, seu alijs merè ecclesiastica ac spirituales,
quaes ad omnes alios effectus censemur.

Quamvis autem dari soleat distinctione inter ju-
dicium ordinarium, & delegatum, ut patet ex dicto
practico, & aliis non tamen ista distinctione ipsis cau-
sis vel iudicij congruere videtur, sed potius judi-
cibus, ob eorum facultatum divisam speciem vel

Card. de Luca de iudicij & judicialibus.

naturam, ideoque sub judicium potius quam judi-
ciorum sede id cadit, *infra disc. 3.*

Datur quoq; alia distinctione inter causas judiciales
& extra judiciales, vocado extra judiciales illas, quæ
sine processu, & absq; aliqua tela iudicij summarie co-
gnoscuntur, Puta in Curia per Sacras Cōgregations
Cardinalium, vel in nūdīnis, & in eporiis; Aut in ex-
ercitu more militari, vel mercantili respectivè sive
etiam per arbitros vel arbitratores; Atque in pleris-
que Civitatibus (Caudabiliter quidem) pro facilita-
tate, ac libertate commercii per peritos in ea arte vel
ministerio, neglegētis juris apicibus, Legiflārumque
frequenter irrationalibus subtilitatibus, vel traditi-
onibus, seu verius superstitionibus sunt illi qui Iu-
dices pectorales vulgo dici solent, sed ista species ca-
dit sub genere causarum summariarum, ut infra in
earum sede.

Aliæ vero distinctiones, quas curiosus termino-
rum seu vocabulorum indagator videre poterit a-
pud prædictum, & alios practicos vel recesserunt
ab aula, vel reverè coincidunt in distinctionibus
supra recentis.

Generaliter autem iudicium, tale quale sit, cu-
iuscumque generis, vel speciei, ad sui essentiam tria
vulgaria exiguntur requisita, seu tres per necessitatem
personas, ex quibus illud constitui dicitur, nempe,
ex Auctore, ex Reo, & ex iudice, sine quibus iudi-
cium non datur, etiam ubi agatur de iudicij crimi-
nibus ex officio seu per inquisitionem absque ac-
cusatore, quoniam tunc nomine Republicæ, par-
tes actoris gerere dicitur, *inf. disc. 26.*

Et quamvis plures personæ à legi privilegiis
sint, ut judices in causis propriis esse valeant,
ut præsertim sunt supremi Principes haben-
tes fisca, cui hoc privilegium conceditur, adeòut
apud vulgus, una & eadem reputari solet persona,
iudicis, & Partis; Adhuc tamen ista personarum di-
stinctio verificari dicitur; Vel quia Princeps non
per se ipsum, sed per Tribunalia ac Magistratus à
se deputatos iudicare solet; Vel quia ubi etiam per
se ipsum iudicare velit, eius officialis, vel minister
fiscalis, partes actoris, vel rei respectivè explicare
dicitur, juxta frequenter in omni ferè materia e-
nunciata distinctionem plurium personarum for-
malium in eadem persona, materiali. *infra disc. 3.*

Agendo autem de iis que generaliter concer-
nunt hanc iudiciale, seu practicam materiam,
pro frequentiori usu exemplificatur praxis Curia
Romana, ac etiam in aliqua parte illa Tribunalium
Regni Neapolitanis. Non quidem taxativè sed
demonstrativè, tanquam de Regionibus in quibus
earumque Tribunalibus, in vita forensis ingressu,
ac respectivè progressu, practicare occasio dedit,
cum prudentiæ regule non concedant practicæ
loqui de iis, que practicata non sint.

De auctore, & de Reo. Et quando unus vel
alter dicatur; Et de effectibus resul-
tantibus ex una, vel altera persona.

S V M M A R I V M.

- 1 **A**ctor dicitur ille, qui primus est in iudicio.
- 2 **S**ed quod ad id dignoscendum spectari potius de-
bet effectus.
- 3 **A**n intentans iudicium, l. diffamari dicitur actor vel
reus.
- 4 **V**ocatus ad iudicium quatenus velit, suaq; putave-
rit interesse an sit actor, vel reus.

A 2

§ Actor